quam juris ministerio censetur reuocatum.  
l. si alium. D. de Ad qu. hereditate, adeo  
ut non sit opus reuocationis notificatione  
ex notati per Bart. in. l. 1. C. de satis  
dando et in. l. per procuratorem absentem  
D. de procuratorib;. Quam limitationem  
tradit Solum Senior. cons. 112. n. 12.



284 lib. 1. vbi. n.º 13. quod est Verissima doctrina, nec  
contradicientem inuenire sequitur Anton. Maina  
Galles. de obligat. Camerali. 9. par. quest. 1.  
n.º 6. Secundum antiquam interpretationem et  
2.º nouam Siluestri Zachia questio 21. et per  
hoc Alexan. Trecaing. lib. 2. var. tt.º de Pro-  
curatoribus. resolut. 4. n.º 15. Unde cum ultra  
mortem mandantis contingerit heredem duci  
si status existeret, dicendum est non potuisse  
ad sententiam pro eadem cum procuratore per  
mutationem reuocato, quantum uenit domino  
libi effecto = Tertio Considerabam licet in  
procuratorem mortuo principaliter sanseat  
instantia liti cum eo inchoata, tamen morte  
debet enim successor, vel heres citari ut  
causa ardeat, et de suo iure doceat prou-  
isio licetore et curatore, qui per procuratorem  
vel perse ipsum causam ducet. In quo est  
doctrina. ex. in. l. 1.º C. si pendente Appella-  
tione mori interuenient. Pauli de Castro. in. l.  
cum hominem, n.º 2. in prin.º Ver. Adversus  
tamen. D. de fideiussori. et expressius Alexander  
in d. l. in Summa. n.º 8. ad finem. D. de re  
iudicata. Ibi tamen post citationem defuncti  
semper heres debet iterum citari. optimo  
F. g. d. ius. Bon. tt.º de sentent. n.º 106. et 107.  
Vbi dicit quod potest fieri sententia, contra her-  
edem ex eadem instantia proseguendo litem  
contra eum facta tamen prius liquidatione  
quod sit heres et proseguendo contra eum  
non contra mortuum, quia aliter non vale-  
ret talis sententia et subdit, quod licet



domino mortuo sentā. fieri possit cum pro-  
curator effecto domino liti tamen prius  
mittendum esse peremtorium heredi, et  
postea finire causam cum procuratore  
et hoc indubium procedat quando mor-  
tuus est principalis ante causę conclusio-  
nem ut in hoc casu in quo causa fuit  
conclusa post mortem. Ut observat Andr.  
Gail. lib. 1. obser. 109. n.º 5. Veru.º quod  
si ante conclusionem, et ibi Greuus conu-  
derat. 2. vbi infine dicit. In omnib. igitur  
indiferenter Lambus, excepto vbi definitiue  
conclusum vult principalis fuisse  
citatus ad reuocandam Idem tradit  
ante eos Harmatnus observat. lib. 2.  
tt.º 8. obseruat. 2. n.º 4.

Et licet casus lib. 2. Variar. c. 14. de  
Procuratorib. n.º 38. Videatur sentire posse  
procedi in causis cum procuratore domino  
liti absque heredis citatione tamen  
loquitur contra omnes supra citatos, et  
nullum allegat pro sua opinione, cum  
tamen potuisset Marin. fruiam. de  
Subfeudis Baronum. lib. 3. c. 15. et  
mouetur ex ratione in qua dubitatio  
conicit, nempe quia procurator fuit  
factus dominus liti, quod non negamus  
non tamen tantum huic rationi tribui-  
mus ut citationem heredum vel Corp.



ad quos interesse causa pertinet excludamus  
 non enim ex eo qd. sit dominus litis consequitur  
 non esse citandum heredem, et Successorem  
 Sed tantum citato ex resumendam causam  
 cum procuratore ad definitivam potest prodi  
 quod summam habet equitatem, ne jura  
 minor, et pugilloy. remaneant in defensa  
 conveniente procuratore, in cuius electione  
 nichil pugillius aut minor committit per  
 quod non subvertatur mens. L. nulla. C. de  
 Procuratoribz quo de citatione nichil dicit  
 et Successoribus actori, Ut mortuo ne habeat  
 procuratorem dominum litis cum quo cau-  
 sam Expediat quia citatio heredum ad  
 eos certiorados tantum impedimento esse  
 non potest quod seu est si citatio fuerit  
 ad finem transferenda instantis in succes-  
 sorem in quibus termin. Loquuntur freuis,  
 Et Trotta anq. qui cum sequitur contra  
 laum. resolut. 40. n. 16.

Ex quibus praedictum Decretum de Vendendo  
 Nullum Dui gone Domini de consilio provero  
 habuerunt, et res eo deducta fuit ex bono  
 jure Decreti et quia si non fuisset proinsum de  
 nous venirent providendum sonata vel purga-  
 ta existant nullitates, et certe quando allegans  
 nullitatem ex defectu alicuius solemnitatis, vel  
 nra nichil proponit, quod ipsius probabile jus  
 et interesse contineat consuevit Sacrum Con-  
 cilium ex bono jure sententia nullitates regillare



Et sententiam Confirmare quod observavit  
Cancus. Lib. 3. Variar. c. 17. n.º 562. et n.º  
563. Gabriel Perezra loquens de nullitate ex  
defectu citationis, omise in dicturn causa  
deni. 76. n.º 4. et 5. Pet. Luna Siubus cons.  
28. n.º 23. et seqq. et ibi Additio quamplures  
allegat et rationem adducit quia non interest  
petenti reuocationem fieri si denous est  
Explendum, ex quibus Domini Inclinarunt  
pronuntiandum. Contra nullitates et ita  
fuerunt ex hoc motuo regulis sententia  
regia Publucata per Don franciscum Alenc.  
Die. mensi Julij: 1643. r.

240

Ex Duobus Litigantibus Super  
possessione titulum habentibus  
a defuncto, qui preferatur in  
articulo: qui interim.

Egerant remedio posesorio retinende de P.  
Baronij de Albalat et Segart, et domibus Gen-  
tilitij Villanarum, Domna Elena Villanarum  
Creditrix pro Jure diti, et heres Don Vincentij  
Ultimi bonor. posesoris et Domna Theodora  
illius soror, et Donataria Uniuersalis, et prolate  
inter Louitona Vti possidetis fuit motum Ju-  
diciali qui illar. Erat interim in possessione  
tuendas, et multo tempore indicatione con-  
tuli in sumpto quod iudicij ordinarij sufficiunt  
mereferenter fuit propositum manutendam esse  
in possessione Domnam Elenam, que in probatione



possessionis facti, et actualis detentationis detem-  
 pore mota liti et adue Vno Don Vincentio et  
 testes et instrumenta produxerat: Ex quibus manifesto  
 apparebat traditam sibi possessionem dictis. bonis pro  
 dicitur Dotis dicto Don Vincentio constituta tempore  
 matrimonij et co dicitur et sequuto casu restitu-  
 tionis dotis eandem possessionem apprehensam in qua  
 remanere debebat quantum ad Donna Teodora  
 se impessione ex parte contendebat, Veritate  
 donationis vniuersalis facta per Don Vincentium  
 adueh in nuptiam, et in extremis vita degentem;  
 qua preterquam quod titulus donationis erat  
 factus litigiosus per litem, et causam quam P.  
 cui inualiditate sua vitauerat Don Vincentius,  
 et in hoc iudicio non leuiter impugnatus exite-  
 bat ex probationibus in eo factis P. lo scilicet  
 quod fuit concepta per notarium verbis dona-  
 tionem inter uiuos inuentibus, Donatio tamen  
 vere fuerat causa mortis, et ut talis tractata  
 et conuenta inter Donantem et Donatarium  
 pro quo videri poterunt adductas per Mar-  
 till. de iur. 2011. lib. 3. Joan. de Ken. de iur. 11.  
 Camilly. Boell. in Summa de iur. lib. 3. tit. de  
 Donatio. inter uiuos et causa mortis a n. 19.  
 cum seq. quid qd. Dixit Caneus in contras-  
 rium. lib. 1. c. 8. n. 116. Tamen ex alio Donatio  
 respectu Baroniar. et locor. erat inualida, quia  
 ex instrumentis, et parti Confessione constabat dicta  
 bona fidei commissi esse supposita, et tantum aderat  
 inter parte dicitur ad fidei commissum ex disposi-  
 tione paterna, an ex auita descenderet quo  
 Ex tanto dicebam in dictis bonis nichil Donationem



Domus Theodora suffragari nec ad proprietatem  
nec ad possessionem nec in eam aliquid de Domi-  
nio, nec de possessione tractatum. L. si mulier.  
§. ex affe. D. de jure Dotium. l. quoties ab-  
omnibus C. de fidei commiss. et ex adductis per  
Molina. lib. 1. de Primog. c. 21. n. 15. et lib.  
4. c. 1. n. 12. et 13. Addentes ad eundem Mo-  
linam lib. 3. c. 13. n. 52. Ver. sed verum Paz.  
de tenuta. l. tomo. c. 18. n. 4. Gabriel Perez  
desine ad casum des. 108. per totum Vbi  
in individuo tractat an tenendus sit in posse-  
sione si in quem possessor bonafidei commissaria  
alienavit, et cum possessor domus Theodora  
ab ea allegetur et deducatur a titulo donationis  
non potest de manutentione tractari absque  
tituli disputatione Gregor. 15. des. 283. n. 5.  
Postius Romanul. obser. 43. n. 7.

Hic tamen non obstantibus in contrariam senten-  
tiam itum est ex eo solo motivo, quod articulus erat  
Summarissimi possessorij in quo non admittuntur re-  
plicationes contra titulum possessionis. Sed debent  
reservari ad iudicium plenarium possessionis,  
vel proprietatis, et licet nichil allegare tunc  
pro justificatione motivi, poterat adduci Paz.  
de tenuta. c. 9. et d. c. 18. n. 5. per dictum.  
Achilles de Grav. de Prebit. spoliator. des. 19.  
n. 2. Gabriel. cons. 44. n. 11. lib. 1. Peregrin.  
de fidei com. art. 48. n. 31. qui tradunt Inpre-  
dicto Summarissimo possessioni si producat  
titulus apparenter validus non admitti-  
re replicationem nullitatis tituli sed hoc



facilem admittat exceptionem. Primo quod  
 hoc habet locum ubi nullitas tituli altiore  
 requirit cognitionem, et extrinsecam proba-  
 tionem quia hoc abinet natura articuli  
 generis sum maximis, non vero ubi in promptu  
 constat de injustitia et tunc invaliditate  
 ut late tradit Ludovic. Posth. Obs. 42.  
 n. 137. et n. 140. dicit Senger admitti exceptio-  
 nem, defectu juris proprietatis vel domini, si sit  
 clara et liquida et non eget probatione, siue  
 hoc procedat, quia in invaliditas resultat ex ipso  
 titulo siue quia infiducio manutentionis passa  
 est pars manutentionem petens de titulo cognovi,  
 et probationes fieri prout passa est D. Elena quod  
 probationibus non contradixit, licet in praedictione  
 tituli fuerit protestata, sicutulum producere  
 ad confortandam generationem, et absq. animo  
 sciendi mentis proprietatis aqua protestatione.  
 Videtur etiam in probationibus addebam li-  
 quido constare, de invaliditate donationis  
 quo ad bona Baroniarum et domo. que inter  
 partes erant in confesso esse de majoratu et  
 perpetuo fidei commisso Posth. D. observat.  
 42. n. 153. Secundo dicebam.

Sed et contra Achillem et alios Patatos adesse  
 gravissimos Doctores. Felin? in c. Veniens. el. 2.  
 n. 13. de testibus. Puteu. de res. 166. lib. i. costar.  
 de res. 447. n. 4. et 5. Montor. de res. Aragonie  
 42. n. 96. oras. de res. 26. n. 14. et de res. 23.  
 n. 16. Pro Land. cons. 1. n. 70. lib. 1. quos  
 omnes refert add. ad Molinam. d. c. 13.



n.º 52. Vers. nos autem. Verbo. quibus auudit,  
et in hoc casu non abscedi potest iudicium  
inter heredes duas ligantes habere mixtam  
causam proprietatis cum agatur de exclu-  
denda altrice, que in possessione conseruari  
supplicauit, et sic succedit doctrina Baldi.  
in. l. 3. §. nichil commune. D. de adquis.  
possessione, quam refert Molina. D. lib.  
3. c. 13. n.º 13. Igitur an bene senserim  
in hac causa petitionem censuræ relinquo.

241

Tertius Veniens ad iudicium  
vnum defensurus an fruatur  
beneficio Restitutionis in  
Integrum Ex iure speciali, et  
privilegiato.

Comparuerat Monasterium Beate Virginis  
Marie de Araali. Ut defenderet Priorem  
formet emptorem cuiusdam domus in iudicio  
Reuindicationis contra eum Titulo, et  
ad cuius liberationem tenebatur monaste-  
rium, quæ illam vendiderat et cum  
lapsa essent dilationes et publicata acta  
tionis, nouos formauit articulos super  
quibus testes producere supplicauit, et  
fuit dubitatum an esset conuadendum,  
et dicebatur in materia tertij, interue-  
nientis in causas petentes se admitti ad  
probationes testium lapsi dilationibus.  
receptam esse distinctionem inter tertium



Jus proprium deducitur quod litigante  
 Excludat, vel eor. alterum, et tertium neutrum  
 Excluditur, sed suorum actorem vel reum;  
 Primo casu tertius admittit? ad novas probas  
 bonas, sicut quoad litigantes lapsa sint  
 dilaciones, in 2. vero casu negativis restitui-  
 tur. Ita pro ceteris diluade et Eleganter tra-  
 dit Honde deus. cons. 25. fere per totum lib.  
 2. et ante eum explicavit Bernard. Pre-  
 vus ad Andream Gail. lib. 1. obser. 71. et  
 obser. 105. n. 44. Cuius distinctionis et diffe-  
 rentie ratio traditur, quia tertius proprium  
 defensum par est principalis, et iudicium  
 sortitur Diversum, ab alijs colligantibus  
 Et sic jura sibi competentia deducere et  
 probare poterit lapsis dilacionibus, quia  
 non astringitur tertius superueniens  
 suo novum proponens. At vero in tertio casu  
 suo et eius merita defensuro, una est causa  
 cum principali conexa et unica sententia  
 terminanda et sic si principali non potest  
 testes producere, nec poterit hic tertius, siue  
 sciverint siue ignoraverit litem agi, quas  
 rationes observavit Fabius de Annis. cons.  
 93. a n. primo usque ad 9. et resumptis verbis  
 de riv. l. a n. Quomodo doctor. traditionem  
 libenter admittimus omnes, Vbi tertius inter-  
 veniens est major, et probationem per testes  
 petit jure ordinario: seu vero si esset  
 minor et jure specialis ac privilegiato ad  
 vitandum eversionis periculum, et lesionem



ex vultoria aduersarij, sibi contingentem id  
petierit. Vt in casu occurrenti nunc namque  
dubitauimus de negandum, cum aequitati  
non conueniat, Vt optime tradit Jacob.  
Canar. lib. 2. var. c. Vlt. de derog. opposito.  
n. 12. et seq. et iudicatum refert Juarrell?  
in cons. Neapolitana, et sic Visor fuisse ma-  
iores Desi. 41. an. 14. Ver. hinc orta  
fuit et sequuntur quam plures quos allegat  
Hondedeus. d. cons. 25. n. 6. quos. doctrina,  
et auctoritati hinc satisfacere uoluerint  
n. 29. tamen eius responsiones non prestin-  
gunt difficultatem Vt cuiuslibet recte intuenti  
Videre hinc maxime attenta prima respon-  
sione in qua ausus non est negare se minori  
interuenienti beneficium restitutionis, sed  
tantum asserit non fuisse legitime im-  
ploratum.

Nec videtur contradicere fabius de Anna  
d. Cons. 93. in quo duos casus proponit Vnum  
de tertio maiore in quo Considerat ad eum  
excludendum approbatione tertium rationes  
supradeductas an. vsque ad n. 9. in n. 9. vers.  
Lo. Vers. quoad materiam legalem casum  
Oritur in tertio qui per restitutionis in  
integrum beneficium pretendebatur ad-  
mitti, et non negat iuari hoc beneficio,  
sed si per procuratorem renunciatum  
et hac renunciatione sibi nocuit.

Nec oblatre dicebatur Desiro Prima Juris



279  
quia ut exprimitur eius numeri colligitur inte-  
ligenda est in casu quo principalis, nec benef.  
restitutioni admittitur, ut quia beneficium  
sibi erat concessum, vel lapsa tempora ab ipso  
petenda quod non obscure sentit Fabius  
de Annas. d. cons. 98. n. 10. ibi: neque obsta-  
bat, si diceretur, quod tertio fuerunt semper  
concessa beneficia si est persona privilegiata  
quia respondetur hoc fuisse certum, quando  
principalis aut non habuit privilegia aut  
fuit maior cui concedi non debebat, Hoc  
ipsum de Consilio fabij de Annas tra. dicit  
Bab. de Thoro. in l. par. compendij Resi-  
sion. Verbo Beneficia auctoritate concedenda  
tertio Comparanti: Ex quibus colligitur ter-  
tium intervenientem beneficio restitutioni  
succedere posse si principalis ab eius modi  
privilegio vel beneficio non esset exclusus  
diminor esset ex Quar. pract. quest. c. 14. n.  
3. tradit. Anar. d. c. 16. n. 13. et iuxta hunc  
Sensum intelligi oportet dictas decisiones  
Guillelmi et Gratiani, alias namque uti parum  
severo caute et cum iudicio essent legenda  
maxime ubi de tertio minoris intervenientis  
apparet, si beneficium restitutioni denega-  
retur et tunc omnes pro monasterio in-  
clinabamus sed ex qualitate articulo-  
rum qui materiam non per testes, sed per  
publica documenta probanda conti-  
nebant denegandos testes fuit intentio.



in sum. referente nobili. D. Petro Sansde  
mense Julij, 1640,

242

Appellatio Rei principalis  
prodest fidejussori qui non  
appellavit.

Egerat creditor contra principalem debitorem  
et fideiussorem, in solidum obligatos et quoad  
rem commo. debendi, et condemnationem  
obtinuerat, aqua debitor appellavit fidei-  
jussor tamen omisit contra quem creditor  
sententiam, quasi in rem iudicatam Gregu-  
supplicabat, dubitatum fuit an pda esse  
petitio, et fuit dictum Regulam Juniceffe  
sat ratam et appellatio interposita ab  
Eius ex pluribus condemnatis, una sententia  
prosit alij qui non appellaverunt. l. p. et.  
2. c. si unus ex pluribus. l. siquis separatim.  
§. §. finali. D. de appellation. rei quend.  
c. una sententia. de appellat. quam regulam  
ex altissime ornavit preter ordinarios Simon  
Harman? Pistor, et lius addentes. lib.  
l. quest. Juris. quest. 47. per totam, et huc  
aliquitenuerint apellationem debitori non  
obesse creditori cum agere possit contra fidei-  
jussorem loquentur quando cum fidejussore  
nihil fuit actum in iudicio, sed tantum  
cum debitor, seu vero ubi ambo fuerunt  
conventi et condemnati ex eadem causa  
debendi, et una esse sententia, et optime  
hos casus distinguens observavit Andreas



29<sup>o</sup> Praebant. lib. 2. quest. Juris. quest. 7. a. n.<sup>o</sup>  
16. Ven. qui desunt tamen, et n.<sup>o</sup> sequentibus.  
Et intermissi fideiuroni condemnati non appel-  
lanti vadit Deuis. cons. 33. Mandos. de  
Inhibitionibus. q. 47. n.<sup>o</sup> 2. et q. 68. Valen-  
tin. Franc. quem citat Praebant. d. q. 7.  
intract. de fideiur. c. 3. n.<sup>o</sup> 133. Ferrus  
Maurus de fideiur. 2. par. sect. 9. §. 16.  
fol. 936. Ant. Faber in codice fabricano.  
lib. 7. tit. 26. de Appellation. diff. 33. in  
qua tamen facti specie curia finem, in illis  
verbis: Quia cum principalis appellatio  
proit fideiuroni, nichil plene refert, Vnum  
fideiuror aduersum quem executio fit &  
appellauerit, an principalis debitor cuius  
periculo, et incommodo ce minus sit effectus exe-  
cutionis. Idem tradit Gratian. Denis. 142. vbi.  
n.<sup>o</sup> 2. tradit regulare esse appellationem inuis  
alteri prodere, si unum est negotium una causa  
defensionis, et una condemnatio, et licet in-  
falso d.<sup>o</sup> decisionis fuerit contrarium legimi-  
sum, Id tamen fuit ex particulari ratione  
facti quia condemnatus non appellans  
sententiam approbaverat et obseruauit Riccius  
collet. 2733. Lamin. Cartar. Denis. 69. quor.  
aliqui quatenus loquantur in pluribus liti  
consortibus condemnati non est in locum tra-  
ditionibus constitutenda differentia quoad  
fideiurores qui eiusdem liti iniqua exi-  
guntur socij sunt et consortes, et quo ad.



creditorum ex clausulis obligationis fuerit  
coni debendi quid quid sit inter eos, et  
debitorem, pro quo intercesserunt, et rationes  
ac fundamentas quibus inveniuntur. Ad infide-  
litate non appellante, eadem sunt quae in-  
ferant in liti consortibus condemnatis, scilicet  
quia ex eadem causa. et in una sententia. Con-  
demnatio procedit, et quia una est omnium  
causa defensionis. Vex Lancelloto de atten-  
tati. p. 2. c. de attentati appellatione gen-  
dente. c. 12. ampliat. 11. n. 9. et 13. Gaudet  
Cantar. d. de i. 65. n. 5. c. et 7. Anton. Faber.  
in. c. lib. 7. tt. 30. Si unus ex pluribus definit.  
1. et tt. 31. Definit. 1. n. 4. in glossa, opti-  
me Securus de appellatione. c. 4. n. 39. ad  
finem. et c. 5. n. 58. Vbi id ampliat ad pro-  
secutionem appellationis, et hanc facta per  
unum ex liti consortibus proit non prosequenti,  
cum igitur in facto iugonatur, cum inter  
partes non dubitetur debitori, et fideiussori  
nam esse defensionem, eandem debiti, et  
obligationis originem et unam sententiam  
et condemnationem absque dubio dicendum  
est, appellationem principalis prodesse fideiussori,  
aliam nec appellanti prodesse et contra quem  
fideiussor exaltus ageret actione mandati.  
Et consideravit Faber, d. diffin. 33. tt.  
de appellationibus.



243. 291 *Schedula manu patris conscripta valet inter filios in vim testamenti*

Defuncto Don Francisco Cornasio ex gravi et impo-  
uio Symptomate relicto Don Emmanuele filio  
primo genito et alijs quattuor filijs non agerente  
aliquo testamento reperta est, in vna ex caprulis  
scrinijs in qua scripta ponderosa, et rerum grauium  
aferuabat quedam scriptura cui manu apertio  
vsque ad vltimum exarata, continens folia quattuor,  
electionem manuum inor. et sepultura designa-  
tionem, quantitates in anima suffragia, et quas  
causas eroganda, legata filijs natis, et nasci-  
turi prestanda, cum adfectione patris, et sub-  
stitutionum et protermo vniuersalem institutionem  
heredi cum maioribus, et Primogenitura in fa-  
uorem filij maioris Emanuelis, et eius descend-  
entium in perpetuum, cum eisdem partibus, et condi-  
tionibus cuius scriptura oratione Constantino Cor-  
nasio patris. D. Emanuelis iudicium instituit  
aduersus curatorem secretatum alij filij D.  
Francisci, ad remouendam successionem inter-  
tati et ut ex testamento succederet in vniuersa  
scriptura, quam vim vltimi testamenti tenore  
supplicauit declarari, et causa michi commissa,  
et facti ab vtraque parte probationibus. in vni-  
tione D. scriptura, et eius literarum manu  
proprie desumpti, fuit vniuersimodum dictum,  
scripturam prefatam pro vltima voluntate  
obseruandam, Moti fuimus ex eo quod I. ad



uertano. 201. Observaui, Schedulam manu defuncti  
conscriptam valere in vim testamenti inter filios,  
absque testibus notario aut alia solemnitate,  
eodemque esse si manu tercij, Exarata defunc-  
tu se subscripserit pro quo allegavi Fran-  
de Bary, Genuam, Martini et alios, quibus  
vult addo Ludovic' Morotium. Cons. C. n. 2.  
et. 3. Reges de Leo. deri. 32. n. 14. et. 17. ubi  
allegat L. Hac consultissima. §. Ex imperfecto  
C. de testamentis, Autha. quod sine. C. eodem  
quod elicta fuit Ex Nouella Constitutione Justinia-  
ni, 107. et refert plures. DD. Decisiones hunc  
casum nostrum determinantes inter alios Ju-  
lium Clarum. in. §. Testamentum. quest. 14.  
n. 1. et ubi gulere Joanes Hac per chart. in addi-  
tione verbo tali Scheda ubi pro hac sententia  
refert quam plures. DD. contra Salicetum Ale-  
xand. et Cuiac, qui contrarium docuerunt] Don-  
Garcia Masbill. deri. 132. n. 16. lib. 2. et in  
eodem casu Don Franc. del castillo. deri. 69.  
Rotam Romang. in nouissimi deri. 74. n. 16.  
lib. 2. Card. Seraph. deri. 833. n. 9. et hoc  
in dubio procedit Ex iure nostro fororum quo  
viamus juxta quos Salicet. 18. et. 51. de  
testamentis et omni solemnitas de iure Romas  
non necessaria remissa concatur in testamento  
scripto per testatorem ne dum inter liberos et  
etiam inter extraneos quod sat expresse innuit  
Regens de Leo. D. deri. 32. n. 15. vers. et.



292 maxime hoc procedit in Regno. et n.º 26. v.º.  
et hoc pure Utimur in presenti Regno in quo  
cessant alia quae de pure Romanorum cepe-  
runtur Scripta.

Nec obstat Visum d.º Scheda seu Scriptura  
non reperiri adjectum diei et requiri Videtur Exd.  
Autha. quod sine, quia fuit responsum diei Videtur  
sone apponendum Vtri aliqua falsitatis suspicio  
subesse facile depreendi potest. Ut dixit Jul. Clau.  
d. g. 14. n.º 2. Veni. Sed nunquid, ibi debet ergo  
apponi, sed ostendit Joan. Haec prolix in additione  
ad d.º questionem. 14. Julij Clari. n.º 9. et 10.  
quae si diversa Scheda sine die deprenderen-  
tur, sine non potest quae Scheda Vltimo loco  
exarata fuerit si una cum alia pugnaret quam  
rationem probat ex Gilchenio, et Richards. in. d.  
Autha quod sine et Thades Luone. lib.º 1.º Variar.  
resolutio. 6. 7. n.º 11. Quod non solum contingere  
potest in concursu Schedularum. Sed etiam si  
Schedula concurret cum alio testamento. Solenni.  
in quibus casibus pro validitate Scripturae in  
Viri testamento quod praecedens Solenne reuocaret  
defectus diei Vitaret Scripturam, sed in hoc  
casu inquis nulla alia Ultima apparet de-  
fuerit. Voluntas, nec aliqua subest, Ne subesse  
potest falsitatis suspicio haud dubie Ducendum  
est ex defectu diei ut qui nec noverit potest nec  
prodesse, non desere concurrere dispositionem  
pro qua dilatam tam ex diuersitate temporum  
in quibus fuit acta quam ex multitudine le-  
gatorum. Substitutionum et aliarum Clausularum



appositione, et Universalis dispositionis et majoris  
rationis constitutionis, qua certe arguunt prudentis  
hominis voluntatem preterquam quod ubi  
cessant absurda que ex omissione dici sub-  
sequi possunt cessat etiam necessitas illud  
apposendi a cessanti Ratione Legis, et quia  
omnis solemnitas a jure Romanorum Patet  
per fores Regni regentur remissa, qui tantum  
attendunt ad testamentum voluntatem sequa  
quomodocumque corset, testamentum ob-  
servatur. Et. d. ex R. de test. notatum est  
et tantum dici ommissis noceret, siam alia  
Voluntate concurreret, ommittere tamen nolui  
in quibusdam antiquis annotationibus ad fores  
Regni quas habeo ad for. 13. de testamentis  
quorum auctorem ignoro vidisse observatum in  
causa creditorum de Praesent fuisse Regia sen-  
tentia declaratum Valere testamentum manu  
scriptum, et attestatore subscriptum  
in quo decessat dici et filij erant heredes  
instituti, minus obstat quod dicebatur scrip-  
turam predictam non continere voluntatem  
perfectam, sed preparatoriam, et huius  
videbatur expressis clausulis que concepta  
operiebantur per verba non dispositiva, sed  
aliam dispositionem futuram denotantia  
que perfecta dispositioni repugnat. Et  
Morosini. d. Cons. 6. n. 1. Vers. 2. conclusio,  
quia fuit responsum per d. h. s. clausulas  
ceperit testatorem, per verba dispositiva



293 Loqui; dicitur. Volo, mando, lego, et alia similia  
quibus ut videtur, in claus. 4. per Verbum. Item  
huius sit continuativa, siue repetitiva, quam  
voluntatem dei positivam exprimit in clausula  
cui fuerit apposta eandem voluntate in clausulis  
precedentibus dicendum est, et quidem con-  
grue et in proprio sensu dei potest dictionem:  
Item: in hoc casu significare quod dicitur:  
Similiter: Ut observavit Barbosa de Pri-  
vacion. Dist. Item. n. 14. Et dicitur. Similiter  
repetit similitudinem facti, et modi. Barba.  
dictione Similiter. n. 1. et 2. Unde cum testator  
dixerit Item Volo: quod idem importat,  
ac Similiter Volo: absq. dubio aliquo quod  
dispositiva disponit clausula quartadique  
ad finem et in precedentibus eandem dispositiva  
voluntate disponere voluit: Fuit etiam dubium  
voluntatem in d. scripturas expressam non posse  
dici imperfectam, quia illa habet prosequi  
presumptionem que dispositionem presumit  
perfectam, et integram. Et si probetur et constet  
testatorem ultra disposita per eum voluisse, ad  
alia ordinanda procedere. ex. Expressus, in l.  
si qui cum testamentum. d. de testamentis.  
ibi dicitur et voluisse plures cum qui tes-  
tamento fecit heredes pronuntiare. plenissi-  
me Don Joan. del Castillo qui pro omnibus  
sufficit. Lib. 4. Controvers. Juris. c. xxj. a n.  
44. cum sequentibus. et vera generalis  
presumptionem legi adest specialis in hoc



capa in quo Don Franciscus testamentum  
ordinavit, secundum voluntatem quam  
viviis gloriosis testibus declaravit, qui in hoc  
iudicio deposuerunt, hoc autem arguit per-  
fectionem testamenti, et dispositionis ut ex  
Rota Romana et Menochio tradit. D.  
Joan. del Castillo. d. c. 21. n.º 48. nulla  
etiam fuit habita ratio inequalitatis inter  
filios per ea quae tradit Morolius cons. 34. n.º  
20. ex quibus fuit declaratum pro validitate  
testamenti. S. Regia publicata per Don  
Francisc. Alveus. Die. 7. Augusti anni. 1640. et  
extat sententia cum motibus, Episcopi excussa  
et fuit confirmata. in. S. S. C. S. R.ª publicata  
Die. 24. Decembris 1641.

244.

Cessio Actionum fieri potest  
fideiussori etiam post Cessionem  
et eorum Intervallo cessi in sega-  
gato contractu se obligaverat.

Inter multitudes quas Comitissa de Brentayna  
mater, et Curatrix Domna Joanna de Corellas  
filia et heredis Comitis Don Hieronimi a D.  
verius decretum venditionis obsequium per  
Marchionisam de Benedice allegabat illa erat  
precipua qua assererat non potuisse Marchionisam  
adquirere Jura annui Redditiu Censuarij ex quo  
agebatur quia per Lictionem illius factam  
per Marchionisam creditori Censuario reman-  
sit extinctus, et ob id nullum super cessionem



redemptione potiore potuit in Marchioniam  
 dicti redditus coram, et obligatam transire juxta  
 Regulam, in. l. Modestinus D. de Solutionibus et  
 dubio proposito me referente fuit concorditer dictum,  
 in dicenti specie Indubium factum et constant  
 inter partes existere quod regulam per dictam limi-  
 tabit; scilicet oram que fuit oblatum per fideiussorem  
 Comiti Don Hieronimi ad quem utilitas contractus  
 pervenerat, et fideiussio vel pignus obligati  
 constitutio fuerat facta, longe post collatum  
 et formatum censum et in separato instrumento  
 ex quo sequitur prima limitatio Regule ut non  
 procedat quando solutio fit per fideiussorem vel  
 obligatum pro contractu cuius utilitas fuit pri-  
 vati debitori, pro solvendo se obligavit, tunc  
 namque solutio non presumitur facta ad libe-  
 randum debitorem sed gratia fideiussori et  
 propria obligatione. l. Paginian. 23. et ibi Glosa.  
 Vers. et suonomine. D. mandati. l. Dominus  
 Stichus. 23. et ibi Glosa. V. In quibus. D. de Paulo.  
 Legato. Vbi Stichus qui soluit consequitur cessionem  
 etiam post solutionem qui soluit sui ipsius con-  
 templatione, et ut libertatis conditionem impleret,  
 ad idem est. tx. in. l. si Pater obligata. 57. et ibi  
 Glosa Verbo: Pro suo tempore. D. de Legatis. l. Vbi  
 dicit, idem solvendi potuisse cedi actiones post  
 solutionem quia magis liberandi se causa sol-  
 visse videtur quam hereditatis causa et hec est  
 communis traditio Bartoli in. d. l. Modestinus.  
 n. 4. Vers. aut soluit nomine ipsius solventis.



Paul. Castrens. ibi infra Versiculo, et per gradibus  
Menochius. de Presumpt. lib. 3. perum. 143.  
n. 3. Gubione allegat. 4. n. 10. Casanate. cons. 14.  
n. 6. 7. et 8. et in terminis, quod fideiussori solvendi,  
semper cedi possunt actiones contra principalem  
debitorem pro quo fideiussit, tradunt Siquo Pro-  
vultu cons. 47. n. 4. et 5. lib. 2. Det. Hez qui quest.  
Juris. lib. 1. q. 38. a n. 10. cum sequent. Scaccia  
de Commensij. §. 2. Gloss. 5. n. 39. Ven. Amplia.  
2. Vbi citat Gabriel cons. 63. n. 3. et 10. lib. 2.  
et novissime quoniam plures referentes tradit An-  
tonin. de Amato resolut. 37. n. 33. et n. 39. et  
me advocante sic censuit Senatus in causa Ludo-  
vica Esteue cum Eugenia Blanc. S. R. publi-  
cata per Almus die primo Aprilis. 1622. Alia  
etiam insurgit Limitatis Ex eo quod Marchionia  
non fideiussorat, nec se obligaverat cum Comes  
et alij tempore Constitutionis census, sed post  
annos plures, quo casu certo fieri potest solu-  
tionem, quia. l. Modestinus, tantum pro cedit  
in obligati in simul vno contractu, et obli-  
gatione non vero in obligati dispariter, et  
diversis obligationibus Et in hoc casu in quo  
Comes Don Hieronimus et alij comi cum eo  
crediditum censuarium constituerat, Marchio-  
nia vero longe post se principalem obliga-  
tam in eo constituit, Ita distinguens tradit  
Bart. in. l. Modestini. n. 2. 3. et 4. quem  
sequitur Salij Ceter. in. l. cum alter. n. 2. et  
in. l. mandati actio opposit. 3. C. de fidei-



248 iuroribus Gutierrez. D. allegat. 4. n. 10. et nouissime  
tradit Ant. de Amato. D. resolut. 33. n. 34.

et ratio est quia cum soluen non teneatur ex  
primis contractu et obligatione sed ex 2.<sup>a</sup>  
et posterior non videtur soluisse ut conuersos  
primi contractus deliberet, sed se ipsum tan-  
tum diuersa obligatione deunctum, et sic  
remanent actiones qua etiam post solutione,  
et nullo pacto precedente transferri possent  
per cessionem, quod seu est in soluente qui  
uno et eodem obligationis nexu tenentur quia  
soluendo, se et conuersos uno tractu obligatos  
liberat. l. 3. §. finali. D. de duob. reis. l. si  
ex duobus. D. de Tutellis. Ex quibus fuit rejecta  
nullitas de factu cessionis iurium R. S. publ.  
per Moreus. die Mensis Martij anni 1641.

Quibus addebatur adfuisse pactum de cedendo  
tempore solutionis, et contracto de cuius conuen-  
tione fuisse condemnatum Creditorem Centuarium  
cui facta fuerat redemptio Censu ad firmandam  
cessionem sed voluit Senatus quidam desiderare  
etiam signatum non adesset, contra aduocatium  
qui probationes s. pacto in Dubium reuocabat,

249 De Potestate Seculari in Ecclesiasticis  
Criminosi Exegit

Insuperat Dominus In rex consiliaris Bruon  
aular. Vlt. potestate Regia in exemptos eccle-  
siasticos criminosos et pacem publicam perturban-  
tes libros consulere: Pro quo Ego infrascripta



paraueram, et p[ro] draga detentus sessione. P[ro] hoc ha-  
bita inter se non potui.

<sup>2<sup>m</sup></sup> Observaueram personas Ecclesiasticas Exemptas  
a iurisdictione ordinaria quare iudex competens  
abest a loco, Vbi vel Contrahunt, Vel delinquent  
Iurisdictioni Seculari subiacere ex consuetudine  
immemoriali optimis iuribus ac fundamentis  
comprobata ac munita et in omnibus fere vrbis  
partibus vna regta et tenetur Carol. de  
Graz. de effectib. Clerica effect. l. n.º 963.  
Gratul. Perreya de manu Regia t.º 2. c. 22. n.º  
18. Vbi allegat Conrad. Molinum pro obseruatione  
huius consuetudinis, in Aragonia: Pet. Belluga  
in hoc Regno. Thomam Murey, et orbannum in  
prinipatu Ciuitatis Lomae, Bouadi Nam, et quatuor  
in Regno Castelle, quod q[ui] oppositum dixerit  
famill. Borell in additione ad Bellugam.  
R. n.º 8. Videndum n.º 17. litem. 7. quod  
intelligendo de exemptis Ex priuilegio nullam  
apud me habet difficultatem, Vt et in regula-  
tionibus, et alijs cuiusmodi litem quo ad  
iurisdictionem contentiosam in alijs tamen  
Exemptis propter sacerdotium aut alios  
ordines sacros quoniam Exemptio est de iure  
diuino non potestua tantillum subditio  
quo ad effectum iurisdictionis, quam di-  
ferentiam agnouit ex Gregorio Lopez. Mas-  
trillus. de iur. 290. n.º 76. et 77. huc atque  
diferentia et indubitate tam in Exemptis



296 pure potestatis, quam in Clerici consuetudo Usu  
recepta per quam plures tradatur.

2<sup>m</sup>. adnotaueram Vbi in Principe Seculari defi-  
ciat potestas jurisdictionalis ad Cognicionem, et  
punitiorem Criminum per Exemptos Comissionem  
revidere tamen genus cum potestatem, politicam  
et economicam ad reprimendum loq. delicta  
in Vim iusta preventionis et defensionis, pacis  
et quietis Reipublice, cuius curam adeo habeat  
demandata a Deo cuius auspicijs Regni  
suscepit gubernacula, et Virtute huius po-  
testatis extrajudicialis economica potest eccle-  
siasticos Criminosos et pacem publicam pertur-  
bantes Extra fines Regni ponere, et regressum vel  
redditum interdiceret, quam doctrinam sequun-  
tur plures gravissimi. DD. Vtriusque censuræ  
et theologica, et canonica Ut colligitur ex  
resoluc. 81. Antonini Orana. 4. p. Balt. 1. de  
commun. ecclesiastica, in qua huius sententia  
Auctores allegat Calixtum Ramirez, Franci-  
sca, Emanuel Rodriguez. Bouadilla, Bon-  
Ant. de Ballis. Paul. Surcum et Marium Gi-  
urbam cons. 48. cum tamen sit cons. 49. an. 6.  
Videndum pro hac extrajudiciali potestate et poli-  
tica in principe residente Vbi in capite corporis  
mythici Reipublice. Idem docet Carl. de Grassi.  
2. effect. L. n. millerimo et vnderimo, Vbi ex  
Guillermo Benedicto asserit Capud. qui cumq.  
de Episcopi, et Clerici pro figuratum fuisse  
in lib. 3. Regum. c. 2. in conpuratione Abrietas



Sacerdoti contra Salomonem, et huc Drana in.  
D. resolut. 81. predictam sententiam impugnata  
tamen non omnino eam reprobaueat in  
Resolut. 17. par. 1. tract. 2. Vbi circa finem  
dixit quod si tanta adesset necessitas, quod  
dare, et euidenter periculum esset in mora,  
tunc liceret principi seculari aduersus de-  
nicos per modum iusta defensionis facere  
quod ad impediendum damnum Regis. ne-  
cessarium recta ratio dictauerit.

Terium quod Principi seculari in dubijs potest  
Criminosos et gaus turbatores sub custodia deti-  
nere, non ut de illis judicialiter cognoscatur sed  
ut captos ad suos iudices remittat. Carol. de Grat.  
D. effectu. 1. n. 362. Vbi allegat Petrum Cenedo  
et alios. Manu fucellus, quem allegat, licet  
non sequatur Drana. 4. par. tract. 1. de Immu-  
nitate clericali. resolut. 5. in principio, qui loquitur  
in Episcopo de iure ad effectum remittendi  
Summo Pontifici vel ad Sum. Pontificem.

Notone late contra supra dicta glores. DD.  
tenere libertati ecclesiasticae et Immunitati  
clericorum a foro seculari inuicente, quor. ratio-  
nes et fundamenta ducta a Jurisdictionis in-  
capacitate et prohibitione canonici decreti  
et censuram inducta procedunt in jurisdictione  
Contentiosa, aut voluntariam ut in subditos  
cum judiciali Cognitione: seu Vers in potestate  
Cronomica principi Competenti Vti capiti Regis



247 publica et in modum iuste defensionis, juxta  
distingtionem Peregrin. de manu Regia. l. 1. pro  
ludis primo. n. 6. et. c. 12. Vbi Verri: Nec debet  
debet censura. Nulla Cane Domini Louum non  
tantum habere cum Divinis procedit in Vniuersa  
defensionis, idem latius tradit Gualdo. d. cons. 49.  
n. 26. Veri. sed licet proxim hanc et n. 24. resol-  
uit sufficere ad exercitium huius potestatis Econo-  
mica, in ecclesiasticos pacis perturbatores, et cri-  
minosos solum fugitionem sufficere, consule  
illum cum casu contingat, et mature pensan-  
dum quando sit iusta, et probabili suspicio,  
aut noticia sufficiens ad ponendum Ecclesiasti-  
cum Extra fines Regni aut eum Capendum  
ad remissionem Superiori et Iudicii competenti  
faciendam.

246. De Extinctione Censuum per Successio-  
nem debitoris in herede ditato. Cre-  
ditori:

Agebat Creditor Censuarium contra possessionem,  
speciali obligationi Censuum, et opponerebant de  
Extinctione illius loquens debitor qui censum  
Vendiderat heredi inbitutus Extiterat Creditori,  
per iuris aditionem, et aditionem Confusionem  
remanere Extinctus contractus, et obligatio  
et Iuris fuit Oppositio releuans, sed sensu per-  
pense negotio ad dubium fuit redanda. Licet  
na que Verum sit debitor in Louum et Iure  
Creditori Succedente perimi obligationem



Qui confusione, indultus per additionem cum nomi-  
nati ipse potest esse obligatus. L. debitor. 99. Dada  
Tribellianus. L. debitor. 90. <sup>Drusus.</sup> L. ~~Marius~~. 71. de  
fidei iuribus. L. Stichus 95. §. aditio. D. de  
solutionibus. quod non solum procedit in actione  
personali, sed etiam in Hypothecaria. Ut per  
Schiifordegens dicitur. forens. lib. 3. tract. 6.  
quest. 5. et 6. et in terminis Contractus Censuum  
Sicut Censui de Censibus. p. 3. c. 1. quest. 5.  
n. 1. et 2. Gaspar Rodriguez de Annui reddi-  
tibus. lib. 2. quest. 19. n. 32. Licet contrarium  
sentire videatur Antonius de Amato resolut.  
56. n. 10. lib. 2. Vbi materiam confusionis  
actionum reatumpit. Tamen hac procedunt  
Vbi per confusionem actionis non fit terti-  
creditori prejudicium. Confusio enim actionis  
inducitur per additionem q. res agitur  
inter debitorem, et Creditorem seui quo ad  
tercium qui ex Confusione ledi potest et ex parte  
tenet Rodriguez. d. c. 19. n. 1. Vbi allegat.  
L. debitor. D. de Separationibus. L. haeres. §.  
quod si hic servus. D. de solutionibus. Part.  
Paul. et et ad Comotatione addunt  
quod de Compensando debito Sactis apto  
pure ad evitandas Vvuras. Vel penam Vt  
lorum non habeat, si adsit Creditor an tu-  
quor Creditori cum quo debitor Vult Com-  
pensare tunc namque in prejudicium pri-  
vi Creditori non fit Compensatio. franchiz



297 Veris. 53. n. 10. Rota Genuens. Veris. 190. n. 19.  
idem repetit. n. 2. asserens non induci confusio-  
nem Contra tertium si tempore Confusionis Jus  
jam erat illi quæsitum, Licet aliud sit inquæ-  
rendo quod antea dixerat Corafius. in. l. factor  
a factor. n. 20. D. de Condit. In debiti et post  
eum Concium Mortis. in Emporio. tt. 8. n. 18.  
et pariter non est audienda confusio in cari-  
bus in quibus heres ex Confusione vel damnum  
sentiret vel Lucrum quæreret ex Doll. Bart.  
in. l. si quis pro emptore. n. 67. D. de Vitecap.  
pro emptore Regulant. de Pignori bus. 5. par.  
membro. l. n. 54. Veris. Sed huius effect. So-  
lution. Amato. D. resolut. 56. n. 20. Veris. quod  
procedere. Etiam in facto proponatur Creditorem  
testatoris cui per debitorem fuit datus in solutus.  
censu post hereditatis aditionem pro exoluendo  
Credito hypothecario habere obligatum dictum  
Censum antequam Cui debitor heres extiteret  
non potuit per confusionem Extingui census  
in damnum Creditoris habentis P. Confusio pign-  
oris et hypothecæ et debitor census idemque  
heres ex confusione Lucrum quæreret Extingit  
pure obligationis tam personalis quam  
pignoratitia et sequitur ex Jll. a filia  
Solutione plena Liberatione in damnum tertij;  
Creditoris hereditarij Cui iura sua per factum  
debitoris nempe per heredis institutionem,





de persona debitori non potuerunt auferri ad  
quod videnda est definitio. 3. Ant. fabri  
lib. 3. tit. de Congenatis.

Preterea apte ad rem sui potest ad debitorem  
Census pervenire Creditori hereditatem  
non in commutabiliter, sed revocabilitur ex  
ad petitionem Creditori hereditarij pro  
cuius Credito exolvendo condemnationem  
obtinuerat et bona luicere et ad debitore  
herede instituto auocare, quo in casu Con-  
fusio cessat. L. cum qui. 21. §. finali. A. de  
Inoff. testam. L. Simanicus. 22. C. eodem  
tradunt Censui. D. quest. 9. n. 12. Vbi plures.  
DD. refert et Rota Romana Desu. Rodri-  
gues. d. quest. 19. n. 9. et 42.





UVA. BHSC.



*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*





fin.



117



UVA BHSC



UVA. BHSC



UVA. BHSC



2

UVA. BHSC



UVA.BHSC



UVA BIFSC





UVA. BHSC



